

The *Manipulus/Scotichronicon* Project
(<http://web.wlu.ca/history/cnighman/Scotichronicon/index.html>)

Mirabile siue miraculum r

...dicente Isidoro de summo bono libro primo:

'Miracula

in signum sunt non fidelibus sed infidelibus,
quia signum fidelibus non est necessarium qui iam
crediderunt, sed infidelibus ut convertantur.'

Scotichronicon, 16.18 (Watt ed., vol.8. p.268, ll.27-30).

Miracula

in signum sunt non fidelibus sed infidelibus
quia signum fidelibus non est necessarium qui iam
crediderunt, sed infidelibus ut conuertantur.

Nam Paulus pro non credencium infidelitate patrem Publi de infirmitate febrium uirtutibus curat, infirmantem uero Thimotheum fidelem non oratione sed medicinaliter temperate ut noueris miracula pro incredulis non pro fidelibus fieri.

Ysidorus libro I. de summo bono.

Manipulus florum, Mirabile siue miraculum r

Iam in fide miracula quicumque requirit, uanam gloriam ut laudetur quaerit. Scriptum est enim: *Linguae in signum sunt non fidelibus, sed infidelibus* (1 Cor. 15:22). Ecce signum non est fidelibus necessarium qui iam crediderunt, sed infidelibus ut conuertantur.

Nam Paulus, pro non credentium infidelitate patrem Publum de infirmitate febrium uirtutibus curat; infirmantem uero Timotheum fidelem, non oratione sed medicinaliter temperat, ut noueris miracula pro incredulis, non pro fidelibus fieri.

Isidorus Hispalensis, *Sententiae*, 1.24.3 (CCSL 111, P. Cazier ed., p.78, ll.13-21).